

SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

KOENIGLICHES DOMGYMNASIUM

UND

KOENIGL. REALGYMNASIUM

ZU

COLBERG.

1887.

INHALT: Quid ex Euripidis Cyclope et ad elocutionem et ad rem metricam dramatis satyrici accuratius definiendam redundet pluribus explicatur vom Gymnasiallehrer Theodor Neumann.



COLBERG 1887.

Druck von Rudolf Knobloch.

Progr. 1887 Nr. 120.



KÖNIGLICHES DOMGYMNASIUM

KÖNIGL. REALGYMNASIUM

GOLBERG.

1887

Faint, illegible text block, possibly a motto or inscription.



GOLBERG 1887

Faint text at the bottom right, possibly a date or reference.

Quid ex Euripidis Cyclope et ad elocutionem et ad rem metricam dramatis satyrici accuratius definiendam redundet pluribus explicatur.

Drama satyricum quem inter varia carminum Graecorum genera teneret locum atque quantum a tragoedia et a comoedia differret, iam inter veteres scriptores constituisse quis est qui nesciat? Nam ut alios omittam, Horatius est memorandus, qui in arte poëtica nonnulla praecipit, quibus non solum, quale cuiusque poësis genus esse debeat, ostendat, sed etiam, quae leges a carminis satyrici scriptore sint servandae, demonstret. Nam quoniam causam exposuit, cur agrestes Satyri nudarentur et incolumi gravitate asper iocus temptaretur, de sermone in dramate satyrico adhibendo ita monet versibus 227 sqq.:

ne, quicumque deus, quicumque adhibebitur heros,
regali conspectus in auro nuper et ostro,
migret in obscuras humili sermone tabernas,
aut, dum vitat humum, nubes et inania captet.

Neque non docet drama satyricum medium inter tragoediam et comoediam tenere locum, ne oratio rerumque descriptio aut ad nimiam tragoediae altitudinem assurgat aut ad demissionem comoediae humilitatem deprimatur, versibus 234 sqq.:

non ego inornata et dominantia nomina solum
verbaque, Pisones, Satyrorum scriptor amabo,
nec sic enitar tragico differre colori,
ut nihil intersit, Davusne loquatur et audax
Pythias, emuncto lucrata Simone talentum
an custos famulusque dei Silenus alumni.....
Silvis deducti caveant me iudice Fauni,
ne velut innati triviis ac paene forenses
aut nimium teneris iuvenentur versibus unquam,
aut immunda crepent ignominiosaque dicta.

Quae praecepta quibus causis permotus Horatius Pisonibus commendaverit, in medio relinquamus; illud apparet iam antiquis et poëtis et grammaticis notas fuisse eas leges, quas is propositas haberet, qui in hoc genere elaboraret.

Itaque ut poësim satyricam inclinare et ad tragoediam et ad comoediam facilius perspiciatur, unde totum genus ortum sit, paucis disseram.

Satyrici dramatis origo spissa caligine obscurata et offusa est; nam cum auctores non satis locupletes sint neque de primordiis quidquam nisi obscura atque dispersa quasi frustula posteritati propagata, coniecturarum mirum in modum fingendarum viris doctis praebetur facultas. Atque cum maxime dolendum sit, quod Aristotelis libri, qui inscribuntur *διδασκαλίου* et *περὶ ποιητῶν*, in quibus, qua ratione fabulae scribendae essent, disputavit, et libellus *περὶ ποιητικῆς* mutilus ad nos pervenit, quae ex grammaticorum veterum libris a viris doctis excerpta atque enucleata sunt, breviter complectamur.

Bacchi ludis agrestibus omnes dono dei dulci esse delectatos et iocando saltandoque diem festum egisse hircumque ad aram ductum cum maxima procacitate et iocorum petulantia immolavisse. Dum is immolaretur, carmina ex tempore fusa ad dei honorem cantata esse, quibus quae Bacchus egisset et percussus esset, a choro celebrarentur. Athenaeus enim XIV. pag. 630 c. hoc memoriae prodidit: *συνέστηκε καὶ σατυρική ποιήσις τὸ παλαιὸν ἐκ χορῶν*. Illa carmina in ordinem redacta et ad normam quandam directa in tribu Icaria, vini uberrima, choro intereunte ab homine e grege prodeunte narrando recitata esse, easque narrationes depromptas fuisse ex veteribus epicorum poetarum carminibus, quod eis tum omnis rerum olim gestarum fama continebatur. Postea placuisse nuntium non tam actam rem narrare quam ipsum rem agere. Ita factum esse, ut, qui satyrorum habitu atque ornatu in choro bacchico essent producti, cum isto actore sermones sererent, quales a satyris haberi consentaneum esse videretur. Deinde cum chorus rursus dithyrambum cecinisset, denuo illum actorem, ut aliud vel narraret vel ageret, prodiisse. Idem etiam Diogenem Laërtium voluisse, cum diceret III, 56: *τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγωδίᾳ πρότερον μὲν μόνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θεός τις ἕνα ὑποκριτὴν ἐξέδρεν ὑπὲρ τοῦ ἀναπαύεσθαι τὸν χορὸν*. Quod de tragoedia a Diogene dictum esset, idem esse dicendum de poësi satyrica. Neque vero multum afuisse, quin invenirent narrationes, quae antea nexu quodam caruissent, unius argumenti perpetuitate coniungendas et choro carmina ad illud argumentum pertinentia cantanda. Ab his initiis profectam esse fabulam satyricam. Illud genus paulatim ad sublimiorem quandam gravitatem excultum esse Aristoteles de poëtica IV, 17 auctor est: *ἔτι δὲ τὸ μέγεθος ἐκ μικρῶν μύθων καὶ λέξεως γελοίας, διὰ τὸ ἐκ σατυρικοῦ μεταβαλεῖν, ὄφρ' ἀπεσεμνῶθη*. Fabula satyrica in urbem recepta tragoedia orta est, cuius argumentum ex omni copia rerum ab epicis descriptarum sumptum est. Cui unde nomen sit inditum, ambigitur. Sed etsi tragoedia inventa erat, tamen fabula satyrica non repudiabatur; tribus enim tragoediis una fabula satyrica adiungebatur, non ut severitas tragica satyrorum hilaritate temperaretur, sed ut mos antiquus et legitimus conservaretur. Nam cum severioribus argumentis receptis desiderata erant ioca satyrorum, saepe qui aderant exclamabant: *οὐδὲν πρὸς Διόνυσον*, quo factum est, ut ius suum retinerent satyri. Satyros ipsos constat chori partes defendisse, qui in comitibus Bacchi duodecim vel quindecim numero sive cum Hercule bacchabantur sive Silenum patrem sequebantur.

Tragoedia iam maxime florente comoedia iacebat quasi in incunabulis. Eam natam esse constat eisdem quibus genus et satyricum et tragicum Dionysiis ex eis qui phallica canerent; fabulas componere Epicharmum et Phormum coepisse Aristoteles dicit, hos quidem a Sicilia profectos, eorum vero, qui Athenis orti essent, Cratetem primum, cum iambicam formam abiicisset, in universum finxisse sermones atque etiam comoedias. Abiecta forma iambica et iure nominatim cavillandi sublato Periclis temporibus comici id spectabant, ut perversos et principum et civium mores notarent et pristinam integritatem et morum simplicitatem proponerent imitandam; neque minus tragoediam tum grandi cothurno incedentem comici, quorum erat praestantissimus Aristophanes, dieteriis perstringebant et multo sale defricabant.

Quibuscum carminum generibus dramatis satyrici fabularum et argumentorum varietatem si comparaverimus, multum id, etsi eisdem quibus satyrica poësis initiis ortum est, et a tragoedia et a comoedia discrepare cognoscemus. Nam a tragoedia longe distat drama satyricum, quod quidquid proterve lasciveque et ridicule est dictum aut factum, a tragoedia abhorret; Aristophanes autem nihil antiquius habet, quam ut risum captet et homines et res vituperatione dignas illudat. Itaque recte dictum est fabulam satyricam nihil aliud egisse quam ut severitas tragoediae hilaritate quadam temperaretur spectatorumque animi satiati miseratione gravium malorum atque horrore atrocium facinorum fatigati satyrorum recrearentur dicacitate et protervitate. Idem Tzetzes dicit: *ἡ μὲν οὖν κωμῶδια δομιέως τινῶν καταπτομένη διαβολαῖς, ἐπὶ λοιδορίας κινεῖ γέλοισιν. ἡ δὲ σατυρική ποιήσις ἀκρατον καὶ ἀμυγῆ λοιδορίας ἔχει τὸν γέλοισιν πάνν ἡδύτατον, οἷον τὸν ἐν θυμέλαις*.

Quibus rebus perlustratis iam Cyclopem ipsam consideremus.

Ex tragicorum tot fabulis satyricis Cyclops Euripidis una superest, quam totam ex Homeri depromptam esse carminibus apparet. Qui utrum ex aliis fontibus, ut ex Choerili et Aristiae Cyclopihus hauserit necne, diiudicari non potest. Argumentum hoc est:

Ulixes cum Troia capta domum navi petens magna procella ad Siciliae oram esset depulsus, Silenum satyrosque Polyphemo monstro ferocissimo atque immanissimo servientes invenit. Is ut sibi sociisque cibaria venderet a Sileno petivit, qui agnos caseosque ex Polyphemi grege pro vino se ablaturum pollicetur. Dum ille promissa facere parat, a Polyphemo deprehenditur eique, ut suspicionem a se removeat, a latronibus oppressum verberatumque se esse narrat. Tum Ulixes sociis a Polyphemo in antrum compulsis eorumque duobus devoratis consilium illius occaecandi capit; cui satyris, quod ita se ipsos re-

dituros sperant, libenter assentientibus Polyphemus temulento sopore proffigatus ab Ulixē eiusque sociis oculo privatur; quod ut efficiatur, satyri nulla re nisi canticulo quodam opitulatur. Ulixes denique una cum Sileno satyrique navi conscensa domum proficiscuntur.

Fabulae totam materiam ex Homero sumptam esse intelleges, si hos utriusque poëtae locos contuleris.

Eur. Cyclopi (rec. Kirchhoff, Ber. 1867.) v. 103 et Iliadis (ed. Ameis. Leipz. 1872) II, 631.

Cycl. 118 et Odys. IX, 114.

Cycl. 120, 332, 333 et Odys. IX, 112. Cycl. 121 et Od. IX, 109.

Cycl. 141-143 et Od. IX, 196-197. Cycl. 320-321 et Od. IX, 274-278.

Cycl. 396 sqq. et Od. IX, 288-290. Cycl. 409-412 et Od. IX, 345-348.

Cycl. 416-417 et Od. IX, 353-355. Cycl. 454-459 et Od. IX, 319-328.

Cycl. 460-463 et Od. IX, 384-390. Cycl. 548-550 et Od. IX, 366-370.

Cycl. 591-594 et Od. IX, 372-376. Cycl. 671 sqq. et Od. IX, 407-411.

Cycl. 694-695 et Od. IX, 478-479. Cycl. 692 et Od. IX, 504.

Cycl. 704 et Od. IX, 481.

Neque argumentum solum fabulae sed etiam magnum vocabulorum numerum ex Homeri quasi officina fabularum fluxisse demonstratur his vocibus, quas iam sum annotaturus:

Cycl. 141 καὶ μὴν Μάρων μοι πῶμ' ἔδωκε . . . ὁ Βακχίον παῖς

cf. Od. IX, 197 ἱερὸς Ἀπόλλωνος, . . . ὃν μοι ἔδωκε Μάρων.

Cenam a Polyphemo apparari uterque eodem fere modo narrat:

Od. IX, 308, καὶ τότε πῦρ ἀνέκαιε καὶ ἡμελγε κλυτὰ μῆλα.

310, αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ σπεῦσε πονησάμενος τὰ ἅ' ἔργα.

311, σὺν δ' ὅ γε δὴ αὐτε δύο μάρφας ὀπλίσατο δειπνον.

cf. Cycl. 383, ἀνέκασε μὲν πῦρ πρῶτον, . . .

389, μόσχους ἀμείλας, λευκὸν εἰσέχας γάλα

396, ὡς δ' ἦν ἔτοιμα πάντα τῷ θεοστνγῆι

Ἄιδον μαγίρω, φῶτε συμμάρφας δύο

ἔσφαξ' ἑτάρων τῶν ἑμῶν ἠνθυμῶ τιτι.

Od. IX, 371, ἢ καὶ ἀνακλιθῆεις πέσειν ὑπτιος . . .

373, . . . φάρνγος δεξέσσοντο οἶνος.

cf. Cycl. 410, ἀνέπεσε φάρνγος αἰθέρ' ἕξιεις βαρύν . . .

Od. IX, 326, καὶ παρέθηξ' ἑτάροισιν, ἀποξῦσαι δὲ κέλευσα.

327, οἱ δ' ὀμαλὸν ποίησαν. ἐγὼ δ' ἐθόσωα παραστάς.

328, ἄκρον.

cf. Cycl. 456, ὃν φασγάνω τῷδ' ἐξαποξίνας ἄκρον.

Truncus, quo gigas occaecatur, apud utrumque μοχλός vocatur Od. IX, 307, 332, 375, Cycl. 633. Ulixes vinum his collaudat verbis:

Od. IX, 348, ὄφρ' ἰδῆς, οἷόν τι ποτὸν τόδε νηῦς ἐκεκεύθειν.

cf. Cycl. 414, σκέψαι τόδ' οἶον Ἑλλὰς ἀμπέλων ἀπο
θεῖον κομίζει πῶμα.

Od. IX, 384 sqq. δίνεον, ὡς ὅτε τις τρουπῶ δόρῳ νήιον ἀνήρ,
τροπάνω, οἱ δὲ τ' ἐνερθεν ὑποσσεῖουσιν ἱμαντι
ἀψάμενοι ἐκάτερθε, τὸ δὲ τρέχει ἔμμενες αἰεὶ
ὡς τοῦ ἐν ὀφθαλμῷ πυρίκεα μοχλὸν ἐλόντες
δινέομεν.

cf. Cycl. 462 sqq. ναυπηγίαν δ' ὄσει τις ἀρμόζων ἀνήρ
διπλοῖν χαλινοῖν τρούπανον κοπηλατεῖ
οὕτω κυκλώσει δαλὸν ἐν φασεφόρῳ
Κύκλωπος ὄφει καὶ συνανανῶ κόρας.

Od. IX, 481, ἦχε δ' ἀπορρήξας κορυφήν . . .

cf. Cycl. 704, ἐπεὶ σε τῆσδ' ἀπορρήξας πέτρας . . .

Od. IX, 507, . . . παλάφατα θέσφαθ' ἰκάνει.

cf. Cycl. 696, παλαιὸς χρῆσμός ἐκπεραίνεται.

Sed etsi materia ex Homero deprompta propius ad tragoediam accedere videtur, tamen personae quasi redolent comicum quendam colorem. Et Ulixi quidem soli tragicæ partes tribuuntur. Quem si cum Ulixæ, qualis ab Homero inducitur, contulerimus, magnum intercedere discrimen non facile quispiam negaverit. Is enim quamquam magna fortitudine est proculque ab omni metu et omnium quæ decent heroæ particeps, quamquam pius est humanusque et abhorret a Cyclopi impietate atque inhumanitate, tamen adeo non animos nostros vehementer percutit et ad luctum vel misericordiam adducit, ut in tanta constantia et praesentia animi risum eliciat atque verbosa qua Polyphemum alloquitur magniloquentia magis ludibrio sit quam miserationem commoveat.

Irrisorum partes agunt Polyphemus, Silenus eiusque liberi, quorum alter est monstruosus, inhumanus, illiberalis, contemptor deorum hominumque, neque minus habet in eo ridiculi totius corporis immanitas et faciei uno in fronte oculo deformatae turpitudine quam superbia rerum divinarum humanarumque despiciens atque animi turpificati et ab omni honestate abhorrentis pravitas et deformitas. Personae Sileni eorumque, qui una cum eo et in illa Cyclope et in omnibus fabulis satyricis prodibant chorumque efficiebant, γένος οὐτιδανῶν Σατύρων καὶ ἀμυχανοεργῶν semper versuti, subdoli, vini mulierumque avidissimi cavillationibus iocosisque verbis Polyphemum illudunt atque cum fortium leonum audacia modo gloriati sunt, trepidorum leporum ritu non irridicule aufugiunt. Quæ cum ita se habeant, et ex totius fabulae compositione et ex personarum descriptione effici puto, satyrici dramatis rationem non minus accedere ad comoediam quam ad tragoediam, et cum in eo totum illud genus versaretur, ut satyrorum petulantium lascivia risus moveretur, tamen tragicam vim ita retineri, ut color tragicus raro appareret. Recte igitur Bernhardus (Grundriss der gr. Litteratur II. T. II. Abt. [3. Bearbeitg.] S. 478 und 479) iudicasse videtur:

Odysseus macht den Eindruck einer verblassten tragischen Figur; seine Haltung verrät nur schwach das Selbstgefühl und die Kraft des heroischen Zeitalters. Sehr breit und nutzlos erscheint die lange Scene, worin Polyphem trunken gemacht wird. Man glaubt den idyllischen Ton des Pastorale, nicht den kecken Zusammenstoß zweier unvereinbarer Welten zu vernehmen.

Hoc loco existit quaestio, quid et ex elocutione et ex re metrica manet ad eam rem confirmandam.

Ac primum quidem de elocutione est dicendum. Etsi enim maxime est dolendum, quod ex tot fabulis satyricis una Cyclops superest, tamen de sermone leges statui posse existimo, quibus in fabulis componendis usi sint poëtae. Itaque iam quaerendum esse mihi videtur, primum quæ vocabula propria sint poësi satyricæ, tum quæ sint petita ex tragicorum, quæ ex comicorum copia, postremo, utrius generis personae illis utantur vocabulis.

Poësim scaenicam ab Aeschylei temporibus usque ad Euripidis aetatem cum multum immutatam esse, tum maxime Aeschyleae orationis elationem atque altitudinem paulatim in verborum quandam tenuitatem delapsam esse propiusque accessisse ad cotidiani sermonis humilitatem veteres et graeci et latini scriptores memoriae prodiderunt. Nam ne in re nota et pervulgata multum sim, Dionysius Hal. cens. vett. scriptt. 11, ὁ δ'Εὐροπίδης, inquit, οὔτε ὑψηλὸς ἐστὼν οὔτε μὴν λιτός, ἀλλὰ κεκραμένη τῆς λέξεως μεσότητι κέχρηται. Quæ μεσότης non solum cognosci potest diverbiis sed etiam canticis, quæ etiamsi ubertate verborum abundant, non multum distant ab oratione soluta et pedestri. Attamen Euripidem cum aliorum poëtarum carmina tum maxime Aeschylei Sophoclisque tragoedias lectitasse non ignoramus, quam ob rem mirum non est, quod non solum permulta dicta ex epicis in Cyclopem sunt recepta, sed etiam eis, quæ a tragicis inventa sunt, non paucis usus est poëta. Quibus rebus comprobatis cum Godofredus Hermannus ad Euripidis Cyclopem pauca praefatus demonstraverit sermonem in universum eundem esse quem in tragoedia, sed admitti etiam verba loquendique formas ex cotidiano usu petitas, ego mihi propositum habeo, ut haec ita se habere demonstrarem, ea vocabula enumerare, quæ ex epicorum et tragicorum copia deprompta ansas praebeant ad rem diiudicandam. Ex Homero permulta esse assumpta iam supra est memoratum; illis haec addo: *διήεις* Cycl. 46 c. Od. 6, 89. *βληχί* Cycl. 48 c. 59 c. Od. 12, 266. *μηκᾶς* Cycl. 189, Od. 9, 184. *δασύμαλλος* Cycl. 360 c. Od. 9, 425. *βρύκειν* Cycl. 369 c. et 372 c. est *τραχέως μετὰ ποιοῦ τινος ἤχον ἐσθίειν* (Eustathius) Homerus tralate dicit de equi malis freudentibus, tragici de morborum dolore usurpant; hoc loco mandendi significatio invenitur. *χρίμπτεσθα* Cycl. 410, Od. 10, 516 cfr. Rhes. 644. *ὄρχηστὺς* Cycl. 171, Od. 1, 152. Aeschylea sunt: *μόνονη* Cycl. 24, 648. Prom. 804. *κόπης ἀνακτες* remiges Cycl. 86, cfr. Pers. 383 *νεῶν ἀνακτες*. *πύργωμα* Cycl. 115, Sept. 30. *κρεοκοπιῶν* Cycl. 359, Pers. 463. *ἐπέξεσε* Cycl. 392 transitive usurpatur cfr. *ἐξανέξεσε* Prom. 370. *ἀνθρακίω* Cycl. 614 c. Prom. 374. Cum Sophocle

communes habet has voces: *θητεύω* Cycl. 71. *Oed. R.* 1019. *λήσις* Cycl. 172. *Oed. C.* 584. *ἐκράνω* Cycl. 399. *Trach.* 781. *συνναύτης* Cycl. 425. *Ai.* 962. *ἀπολείς(με)* Cycl. 558. *El.* 830. *ἀμφιτρής* Cycl. 707. *Phil.* 19.

Tragici sermonis est *παρασπιστής* Cycl. 6. cfr. *Aesch. frg.* 296. Pindaricum est *μηλοβότης* Cycl. 58, *Pyth. I.* 48; ex *Jone elegico θυροσφόρος* Cycl. 64 c.

Quae Euripides ipse formavit vocabula, eorum permagnus est numerus cum simplicium tum compositorum. Tragici enim sermonis magnificentia est posita in longorum vocabulorum granditate et novorum fictorumque nuper varietate, atque ex ea accipit non minus dignitatis quam suavitatis. Qua virtute maxime praestat Aeschylus, sed ridetur ab Aristophane tanquam *κομποφκελορρήμων*.

Neque minus in ea re Euripides laboravit, qui sermonem tragicum permultis auxit incrementis, quae posteriores et poëtae et oratores in suum usum converterunt. Inter quos longe princeps habendus est Aristophanes, quippe qui Euripideis refertus vocabulis, etiam cum non iocatur de ipsius Euripidis versibus utiturque eius inventis sublimis dicendi genus affectet.

Sed totam rem ut paucis absolvam, satis habeo ex eo libro, quem Schirlitzius scripsit „de sermonis tragici per Euripidem incrementis“ (part. I. Hal. Sax. 1865), quae ad Cyclopem pertinent excerpere et colligere. Et primum quidem vocabula et composita et simplicia nonnulla, quibus Euripides etiam in aliis tragoediis usus est, enumerabo, tum, quae Cyclopi soli propria sint, demonstrabo.

Nomina: *ἀμφήρες δόρυ* Cycl. 15; *οκηρή* Jon 1128; *ξύλον* Herc. f. 243.

εὐίον βακχενμάτων Cycl. 25. *Bacch.* 44, 317 et saepius.

ποιηρός Cycl. 45 c. 61 c. *Bacch.* 1048. *ἀνδροβρός γνάθος* Cycl. 92. *χαρμοναί* Herc. f. 384 c.

ἀνθρωποκτόνος βορά Cycl. 127. *Iph. Taur.* 389. *ἐμπόλημα* Cycl. 137. *Trach.* 538.

ποτήρ pro *ποτήριον* poculum non potator (*Hesych. μέτρον ποτόν*.) Cycl. 151. *Ale.* 756.

τύρευμα Cycl. 162, 190. *El.* 496 i. q. *τυρός*. *ἐπάργυρος πέτρα* Cycl. 294. *ἐπάργυρος χθών*

Rhes. 970. *κόμποι λόγων* inanis verborum sonitus Cycl. 317 *εὐμορφία λόγων*

figurate apud tragicos frequentatur. *Aesch. Sept.* 425. *Soph. Ant.* 127; *Eur.*

Hec. 627.

θεοστυγής diis exosus *θήρ* Cycl. 602; *θεοστυγής Ἑλένη* *Troad.* 1213;

ζελευσμός Cycl. 653. *Suppl.* 701. *Iph. Aul.* 1130. *Jon.* 1346.

μηλονόμος Cycl. 660, (ut *Suidas* explicat *μηλοβοτήρ*) opilio et *μηλονόμος* *Ale.* 571 c.

Huc accedit tota vis vocabulorum in *μα* desinentium, quibus ornamenti instar usus in omnibus fabularum partibus delectatur Euripides, ut *Aeschylum* magistrum aequiperet.

Verba: *συμπυρόω*. Cycl. 308. *Suppl.* 1071. *Rhes.* 960. *βακχιάζω* Cycl. 204. *Bacch.* 931.

ἐξαμλλάσθαι, quod in deliciis habet poëta; significatio vexandi, expellendi, extinguendi apparet: Cycl. 628. *pass. Or.* 38, 431. *Hel.* 1471. *ἀνεχε, πάρεχε* Cycl. 203.

Troad. 308.

ἐπαγκαλίζω Cycl. 498; *med. Heracl.* 42.

Neque minus est in Euripide facultas in hac fabula nova verba ingeniose producendi, ex quibus haec maxime sunt memoranda:

Nomina: *ἀπηλιώτης* Cycl. 19. *subsolanus*, nemo poëta exhibet vocabulum; dicitur quasi *ἀφηλιώτης*, ut *ἀντήλιος* pro *ἀνθήλιος*.

στασιωρός Cycl. 53 c. *stabuli custos*.

ἀγροβότης Cycl. 54 c. pro quo G. Hermannus rectius *ἀγροβάτης* vult scribere.

ὕδροχυτοι κρήναι Cycl. 66 c. *aquis irrigati fontes*.

λευκόποδες Βάκχαι Cycl. 72.

μονοδέρκτης Κύκλωψ Cycl. 79 an.

σχετήριον λιμοῦ Cycl. 135 *famis remedium*.

δραγμός Cycl. 170. *τυμπάνων ἀράγματα* Cycl. 205. *crebrior est forma ἀραγμός* *Rhes.* 569.

Phoe. 1143.

κρεανόμος Cycl. 245, *verbum κρεανομέω* posteris satis usitatum est.

πυρίστακτος πέτρα Cycl. 298.

δυεφόρητος Cycl. 345 *difficilis ad concoquendum* *Hesychius* explicat *δυεβάστακτος*

„recte ut opinor, si quidem id ridiculum est in milite et duce, aptusque talis sarcasmus dramati satyrico“. (*Bothe*). Itaque eicienda est coniectura *Scaligeri* *διαφόρητος*, quod scribendum esse monuit etiam G. Hermannus.

- ἀποβόμιος Cycl. 365 c. alienus ab ara, i. e. impius.
 δεκάμοφος κρατήρ Cycl. 388. ἀπρόδος Cycl. 490.
 μυρόχριστος Cycl. 501 c. unguentatus. ἄδωπος νηδύς Cycl. 574.
 λαχνῶδες οὐδας χλόη Cycl. 541 gramine tanquam lanugine tecta humus.
 φιλοκισσοφόρος Βρόμιος Cycl. 620 c. i. e. φιλῶν τὸ κισσοφορεῖν, quod verbum in Anthologia legitur, cum κισσοφόρος post Pindarum Euripides et Aristophanes usurpaverint. ἐκπαίδευμα Cycl. 601.
 ξενοδαίτης Cycl. 659 c. qui hospitibus vescitur.
 ἐπῆλυξ πέτρα Cycl. 680 umbram praebens rupes.
 Verba: εὐσθενεῖν Cycl. 2 hominum et animalium est, saepissime hoc verbum a librariis infertur pro εὐθενεῖν.
 σαυλοῦμα Cycl. 40, quod Hesychius explicat ἀβρύνεσθαι, τροφᾶν, θρύπτεσθαι, οἰοπολεῖν Cycl. 74 solitarium esse a voce ab Homero usitata οἰοπόλος.
 διακανάζω Cycl. 158 vertunt: „num quid pulchre tibi per guttur cum murmure descendit.“
 ὀδάω Cycl. 267. Hesychius explicavit verbis ὠνεῖν et πωλεῖν. ὀδήσεις = ὠνήσεις; ὀδήσαι = πρίασθαι, ἀποδόσθαι, ὠνήσασθαι; ὀδησον = πώλησον;
 ἐξοδάω Hesychius: ἐξοδεῦσαι, apud Euripidem autem est πωλεῖν cfr. Lob. Rhem. 170.
 ἐξοιδέω Cycl. 227.
 ἐπεκρίνω Cycl. 327. ἐξαποξύνω Cycl. 456.
 ἐπιβαστάζω χερσῶν Cycl. 379 ponderare.
 κωπηλατέω Cycl. 461.
 μονοῖζομα Cycl. 489 c. forma dorica μονοῖσσω apud Theocritum; μονοῖσσει Hesychius λαλεῖ, ὁμιλεῖ.
 ἀμυστίζω Cycl. 565. Plut. Symp. III, 3 i. q. ἀμυστὶ πίνω Poll. VI, 25.
 συνεκθνήσκω Cycl. 571.
 In παρεντροπέζω Cycl. 590 praepositione inflectitur significatio, ut sit neglego. Iph. Taur. 725 nullo fere munere praepositio fungitur.
 σκαρδαμύσσω Cycl. 626 in eo dicitur, cuius oculi crebro salientes conivent.
 ἐξοδνῶμα Cycl. 651 c. ἐπεγχελεύω Cycl. 652.

Et quoniam ea quae notavi vocabula ad quaestionem supra propositam pertinent, quam nihil satyrici dramatis elocutio abhorreat a tragoedia manifestum est. Sed ut quaestio ad exitum perveniat, maximi momenti sunt ea vocabula, quae nunc percensurus sum. Constituendum enim est, quid utrius generis personis sit proprium. Et quanquam id ad vivum non reseco, tamen persuasum habeo magnificentiam quandam inesse verborum gravitatemque in eis, quos Ulixes quasi tragica persona pronuntiat, versibus, atque in canticis, quorum oratio altius est exaggerata, ad comoediam autem qui propius accedant, eos talibus uti vocabulis quae ex cotidiano vitae usu sint petita; comici enim, ut ait Porsonius (in praef. ad Hec. XX) imitantur non solum familiarem sed etiam familiarissimum sermonem. Neque cum Cyclops fabula quasi tragicocomoedia possit nominari, id est mirandum res tragicas paene comice, severas hilare tractatas esse atque ita ut neque iocus magnitudine rerum excluderetur nec gravitas facetiis immineretur.

Ac primum quidem eas quas tragica persona habet voces annotavi quibus comicorum quemquam aut nunquam aut raro nisi in eis quibus poeta tragicos imitatus est locis, usum esse invenimus:

- ἰτέα Cycl. 7; per intellectionem posita est materia pro re inde confecta, scutum cfr. Heracl. 376. Troad. 1103, (Suppl. 695).
 ἄρονῶν θάλαμοι Cycl. 57 c. ovilia.
 ἀμεροκοῖτοι βλαχὰ τεκέων Cycl. 58 c, pro βλαχὰ ἀμεροκοῖτων τεκέων.
 βλαχὴ τεκέων i. e. ovium balatus Cycl. 48 c., 59 c. Od. 12, 266 οἶῶν βληχὴ Aesch. Sept. 348.
 μικρός Cycl. 59 c. longe hoc tenuiore μικρός apud atticos poetas frequentius.
 οἶνον χλωρὰ σταγόνες Cycl. 67 c. in vino dicitur. Suppl. 81 ὕγρα σταγόν in pluviiis. Aesch. Choeph. 400 φονίας σταγόνας. Soph. OR. 1278 φόνου σταγόνας de sanguine. Adiectivum χλωρός hoc loco de vino, Homerus μέλι Od. 10, 234 δέος Od. 11, 633. ῥόπαλον, μοχλός Od. 9, 320, 379. Sophocl. Trach. 844 χλωρὰν δακρῶν ἄχραν. Trach. 1044 χλωρὸν αἶμα, decolorem sanguinem Cicero vertit.

- ναὸς σκάφος Cycl. 72 c. ἐν διὰ δυοῖν pro nave. ταλαίπωρος Cycl. 89 frequenter apud tragicos legitur.
- νᾶμα ποτάμιον Cycl. 96. proprie dicitur in flumine cfr. Soph. Ant. 1117 Κασταλλίας τε νᾶμα, tralate in lacrimis. Soph. Trach. 915. Eur. Herc. f. 625.
- ἄκος Cycl. 97 in ore tragicorum ποῦταrum viget.
- ἔοιγμεν Cycl. 99, Heracl. 427, 681. Soph. Ai. 1239 pro ἐοίκαμεν, ut δέδοιγμεν, ἐπέπιθμεν pro δεδοίκαμεν, ἐπεποιθᾶμεν formae ad grave dicendi genus accedere videntur.
- ὄμιλος Cycl. 100 vox epica et tragica; semel in choro Lysist. Arist. 330 exstat et apud Cratin. 2, 192.
- θύελλα Cycl. 109 nisi in Ar. Nub. 336 apud comicos non inveni.
- ναῖω Cycl. 113 et οἰκέω ita inter se secernenda sunt, ut illud ποῦταrum hoc orationis pedestris sit; hoc perspicitur permultis locis. ναῖω raro in canticis Arist. exstat ut Ran. 324. Ar. 1094. ἐνναῖω in com. frgm. 3, 393 (Mein.).
- κλώω Cycl. 119 usitatissimum est verbum apud Homerum, Pindarum, tragicos, rarissimum apud comicos. In Ar. Ran. vv. 1173 et 1174 Aeschylus et Euripides disputantes inducuntur.
- κράτος Cycl. 119, nisi quibus poeta tragicos imitatur versibus non legi apud comicos.
- ῥοά Cycl. 123 tragici exhibent cfr. Bacch. 281. Arist. Thesm. vv. 855 et 865 ex Euripidis fabula Helena petiti sunt.
- ἐμπόλημα Cycl. 137 omniaque in μα exeuntia vocabula gravi dicendi generi esse propria iam supra est memoratum; ea etiam apud comicos legi nihil habet offensionis, cum sit notum, quantum comici ex tragicis et quam nihil hi ex illis petierint.
- κεύθειν Cycl. 145 epice et tragice dictum est.
- μέθω Cycl. 149 neque in Aristophanis comoediis neque in fragm. com. inveni.
- ποτήρ Cycl. 151, unde ποτήριον deminutivum.
- ποιμνίων βοσκήματα Cycl. 174 cfr. μόσχων βοσκήματα Bacch. 677.
- πέρθω Cycl. 178 et 278 poëtis tragicis est proprium.
- στένω Cycl. 198 raro in oratione soluta, frequentissime poëtis usitatum, nullum Aristophanis locum memorat thesaurus ling. gr.
- ἀπεμπολέω Cycl. 257 et ἀπεμπολάω et simplex verbum πωλέω 260 sunt voces tragicas, quas scriptores solutae orationis susceperunt.
- ῥίωμα Cycl. 291, κενθμών Cycl. 292 ὑπάργυρος πέτρα Cycl. 294 cfr. Rhes. 970 ὑπαργύρον χθονός.
- χηρόω Cycl. 302 verbum devastandi Homericum est. Il. 5, 642; 17, 36.
- δορυπετής φόρος Cycl. 305, cfr. Troad. 1003 δορυπετής ἀγωνία.
- ἀνανδρος Cycl. 309. τὸ μαργὸν τῆς γνάθου Cycl. 310. ἀλλμενος καρδια Cycl. 349.
- ἀρήγω Cycl. 351. Homero et tragicis usitatum.
- κινδύνον βάρθρα Cycl. 352 singularis est usus βάρθρον vocis.
- φαινός Cycl. 353 forma apud tragicos non rarissima.
- βρόκομα Cycl. 359 et 372. θνυμάτων ἀποβόμιος Cycl. 365. simili ratione est formatum προβόμιος Jon. 376.
- τλάμων Cycl. 369 i. e. malus, improbus; apud tragicos idem quod est τάλας, μέλεος.
- χαμαιπετής Cycl. 386. τρισσῶν ἀμαξῶν ἀγώγιμον βάρος Cycl. 386.
- θεοστγης Cycl. 396 et 598.
- μάγειρος Cycl. 396 cfr. in Aristiae fab. Κῆρες' Ἄιδον τραπεζεύς. Nauck frgm. trag. graec. p. 563.
- συμμάριτω Cycl. 397 ex Homero receptum est. Od. 9, 289.
- κύντος χαλκήλατον Cycl. 399 adiectivo frequenter utuntur tragici; semel in Arist. Ran. 929 legitur, ubi Aeschylus ab Enripide irridetur. κύντος cfr. Suppl. 1202 κοιλᾶ κύντι τρίποδος.
- ἔνθμῳ τινι Cycl. 398, cfr. Elect. 774. Suppl. 94. Heracl. 131.
- πέλέκεον γνάθος Cycl. 395, maxilla. Acies ferri significatur: Aesch. Prom. 64, 368, de vi ignis: Choeph. 385; de vi veneni: Eur. Med. 1201.

- στόνυξ Cycl. 401. Hesychius explicat τὰ εἰς ὄξυν λήγοντα καὶ τὰ ἄκρα τῶν ὀνύχων. πετραῖος λίθος Cycl. 401, hoc loco per pleonasmum, cfr. Herc. f. 120; πετραῖον λέπας. χρίμπτεσθαι Cycl. 406. χρώς, χροός, χροί formis utuntur Homerus et tragici, χροτός comicorum sunt. cfr. Med. 1144 αἱμά τ' οὐκ ἐνὸν χροί.
- Διονύσου γάνος Cycl. 415. In Ar. Ran. 1320 ἀμπέλον γάνος ab Aeschylō ipso ex Pers. 615 profertur.
- ἔοπασέ τ' ἀμυστίν ἐλκύσας Cycl. 417, cfr. Rhes. 419.
- πρὸς ᾧδαν ἔρπειν Cycl. 423 cfr. Hel. 316 εἰς μῦθον ἔρπειν.
- ἄμικτος Cycl. 429, ferus, cfr. Aesch. Ag. 321. Soph. Trach. 1085. Eur. Iph. Taur. 402. Herc. fur. 393.
- μέλαθρον Βάχχου Cycl. 430, frequenter usurpatum reperitur pro οἶκος apud Homerum et tragicos de aedibus tam hominum quam deorum cum plurali numero tum singulari.
- ἀλλέειν Cycl. 434, amentem esse dicitur in gaudio ac in dolore apud Homerum et tragicos.
- ἐπνώσσω Cycl. 462 cfr. Aesch. Eum. 121, 124. Sept. 287. Eur. Or. 173; apud Sophoclem non legitur.
- βοτρύων φίλασι πηγαῖς Cycl. 496 c. significatur vitis; proxime inde haec absunt: πηγαῖς γάλακτος Soph. Elect. 883. Oed. C. 480. δακρύων πηγᾶς. Ant. 797. Trach. 849. Aesch. Ag. 888. Suppl. 401. Eur. Alc. 1071.
- δαυτός ἡβη Cycl. 504 c. hoc loco est oblectatio, voluptas convivialis cfr. Pind. Pyth. 4, 525, θυμὸν ἐκδόσθαι πρὸς ἡβαν.
- γάνωμα Cycl. 504 c. Homerus, Aeschylus (Eum. 970) Euripides (Iph. Taur. 1239 c.) utuntur; non apud Sophoclem invenitur, cfr. Ar. Vesp. 612.
- σέλμα γαστρὸς ἄκρας Cycl. 506 c. hoc loco improprie. Apud Aesch. Pers. 358, Ag. 1442; Soph. Aut. 713 est transtrum navis.
- λύχνα δάια Cycl. 514 c. lucernae consumentes, hostiles. Homerica forma est δῆιος cfr. δ. πῦρ Il. 2, 415, 6, 331. Tragica forma δάιος utuntur et in canticis et in diverbiis. Aesch. Prom. 352. Soph. Oed. C. 704, 1048. Ai. 358, 771. Eur. Herc. f. 914, 915. Troad. 1301. Apud Aristophanem ter legitur Nub. 335, δάιον ὀρμῖν ubi poeta inflatam dithyrambicorum orationem cavillatur, Ran. 896 et 1022, ubi Aeschylus et Euripides inter se rixantes inducuntur.
- ἔμπας, ἔμπα Cycl. 565 Attici exhibent. Soph. Ai. 122. Homerus ἔμπης.
- λεύσσω Cycl. 580 solis poetis usitatum. δαμόνον ἀγνὸν σέβας, σέβας est veneratio adoratio, saepissime apud tragicos, cfr. Aesch. Eum. 700; res quam veneramur, Prom. 1090. Cho. 156. Suppl. 776. Soph. Phil. 1273. Eur. Iph. A. 633. Hipp. 335. ἀγνός adiectivum Jovi epitheton datur Aesch. Suppl. 661. Soph. Oed. R. 830. θεῶν ἀγνὸν σέβας. Pro re augusta Ar. Nub. 202 saepissime in locis non profanis dicitur.
- δονός ἄσπετον ἔρνος Cycl. 615. ἔρνος homericum et pindaricum est cfr. Eur. And. 1213. ἔρνεσι δάφνης. In similitudine Il. 18, 46, Od. 14, 175; de progenie. Ar. Eccl. 973.
- ἄσπετος immensus, ingens, Homerus, tragici (Soph. Trach. 96. Eur. Troad. 78) recentioresque poetae utuntur.
- ἄρθρα στόματος Cycl. 625 in labris; Soph. Oed. R. 1270 in oculis dicitur.
- διάπυρος Cycl. 631. candens, ignitus. cfr. Aesch. Prom. 1084 στεροπῆς ζάπυροι. Metaphorice plerumque pro fervidus, vehemens invenitur apud scriptores orationis solutae.
- εὐφυχία Cycl. 652, apud tragicos frequenter, tum apud Thucydidem ceterosque scriptores.
- κελευσμός Cycl. 653 cfr. Suppl. 701. Iph. Aul. 1130; Jon. 1346; Bacch. 1089.
- ἔκατι Cycl. 655 tragicis est usitatum.
- μάταιος Cycl. 662, i. e. τάλας Il. 23, 795. Soph. Trach. 888.
- ἀντεῖν Cycl. 669, frequenter legitur apud Homerum, Hesiodum, tragicos. Ar. Thesm. 717 τί Ζῆν' ἀντεῖς; tragici cuiusdam poetae esse videtur.

θεοπίζω Cycl. 699. vaticinor. Aesch. Ag. 1210. Soph. Oed. C. 388. Eur. Andr. 1162.
κλαίειν ἄνωγα Cycl. 701, ubi Ulixes loquitur, 340, ubi Polyphemus. Haec vox videtur esse proprium altioris orationis, κλαίειν κελεύω Cycl. 174, χλαίρειν κελεύω 319 sermonis cotidiani.

Haec habui vocabula ad grande dicendi genus pertinentia quae afferrem; quae et ex epicorum copia deprompta et ex tragicorum quasi fabrica orta et ab Euripide novata etiam atque etiam demonstrant genus tragicum et satyricum inter se conexum atque aptum esse neque dramati satyrico deesse illam tragoediae gravitatem atque maiestatem, quod etiam illa Cyclope in hominum mentibus opinionem sempiternae veritatis infixam esse cognoscitur.

Quorum vocabulorum aliquanto maiorem partem Ulixes quasi tragica persona pronuntiat, per multa etiam Polyphemus et cum grege suo Silenus; nam ei, quamvis risum excutiant, interdum granditate verborum usi incitatius feruntur et magnifice loquuntur.

Age vero, id quod nullo negotio intellegitur, formae epicae et doricae, quippe quibus orationi austeritas quaedam atque severitas afferatur, ab hoc genere non sunt alienae, sed et in diverbiis et in canticis saepissime inveniuntur, ex quibus haec maxime sunt memorandae.

τέκνοισι 13. dativi formae in σι exeuntes frequentissime exstant.

σέθεν 14 et saepius. πᾶ 41 c., 43 c. τᾶδε 44 c., 49 c. βοτάνα 45 c. βλαχαί 48 c., 49 c.

διᾶεν 46 c. ἀμερόκοιτοι 58 c. ἀλλάν 60 c. Νύσα 68 c. Νυμφάν 68 c.

ῥόδαν 69 c. τᾶν Ἀφροδίταν 70 c. ἄν, πετόμαν 71 c. ξανθὸν χάιταν 75 c.

τᾶδε χλαίνα 80 c. σᾶς 81 c. ναός 85. νιν 113 et saepius. φευξόμεσθα 199.

ἐρρυσάμεσθα 291. Ἀθήνας 294. ἄν 365 c. τλάμιον 369 c. μανόμεσθα 465.

ποτί 506 c. λήγα 514 c. ξηνοδάτα 658. Ἄπνας 660.

Venio nunc ad ea vocabula, quae adeo abhorrent ab magnificentia ac granditate, ut non solum orationem facetiis liberaliter conditam exhibeant, sed etiam, cum ex cotidiano usu vitae sint petita, ad agrestem et inurbanam dicacitatem accedant. Et vero si Polyphemi et Sileni eiusque comitum indolem intuemur, num est mirandum eos summam voluptatem ex omnibus impuritatibus atque spurcitiis percipere? Itaque saepe, fit ut Polyphemus scite et commode dictis Ulixidis magniloquentiam cavilletur atque in Sileni satyrorumque sermone et vocabula et loquendi formulae creberrime inveniuntur, quae ex oratione humili atque obscena sunt deprompta; cuius nonnulla exempla demonstrabo.

Cycl. v. 5—7 Silenus gloriosius praedicat se bello giganteo Baccho auxiliatum esse et Enceladi cuiusdam gigantis scutum percussisse; fama enim est Sileni asinum prae metu tam horrificum rudium edidisse, ut gigantes aufugerint.

Cycl. 8. φέρ' ἰδω. exclamationis loco est et ex usu vitae in comoediam transiit, ubi frequenter legitur. Ar. Ach. 4. Nub. 21. Pac. 36, 959, 969. Vesp. 54.

τοῦτ' ἰδὼν ὄναρ λέγω; conferendus est locus Ar. Ran. 51 κατ' ἐγὼ ἐξηγρόμην, tum expectatus sum, quod nostratibus quoque usitatum est, ut, quaecumque antea dixerint, vana esse significant.

Cycl. 104. κρόταλον crepitaculum, in homine garrulo dicitur; facete audit Ulixes κρόταλον ut homo hominum loquacissimus. cfr. Ar. Nub. 260, 448.

Σισύφου γένος hoc quoque ad Ulixem illudendum a Sileno dicitur; fama enim fuerat Sisyphum cum Anticlea Ulixidis matre clam notitiam habuisse eoque ex concubitu natum Ulixem, cuius rei mentionem faciunt apud tragicos quicumque Ulixidis inimici sunt. cfr. Iph. Aul. 524.

Cycl. 120. οὐδεις οὐδέν οὐδενός numerus qualem raro invenies apud tragicos, ferendus tamen, praesertim in carmine satyrico.

Cycl. 124. ἄχορον χθόνα sine choreis, verior est lectio atque Sileni personae accommodatior quam ἄχαριν.

Cycl. 131. οἶσθ' οὐν ὃ δρᾶσον; cfr. Hec. 225. Heracl. 451. ἀλλ' οἶσθ' ὃ μοι σύμπραξον et οἶσθ' ὡς ποιήσον apud tragicos ex vulgari sermone depromptum videtur.

Cycl. 152. φέρ' ἐγκάνασον cfr. Etym. Mag. ἐγκανάσαι τὸ ἐγγέαι μετὰ πόφον, ὃ ἐστι πολὺ ὥστε ἤχειν. cfr. Ar. Eq. 105 et Cycl. 158 διεκάνασε iocose est dictum, vinum cum strepitu bibere.

Cycl. 159. εἰς ἄκρους ὄνυχας ἀφίκετο (scil. οἶνος) est vulgaris orationis.

Cycl. 169. *τουτὶ* (scil. τὸ αἰδοῖον) τὸ ὀρθὸν ἐξανιστάνα non minus ad impuram orationem accedit quam vocabula *μαστοῦ δραγμός*, (170) *παρεσκευασμένον ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος*, quae alienissima sunt ab orationis dignitate et urbanitate.

Cycl. 180. *διακροτήσατ' ἐν μέρει*. verbum *διακροτεῖν* est depresso; hoc loco ambiguitas quaesita est, ut sit *διασποδεῖν* pertundere.

In v. 187 eadem inest obscenitas in extrema satyrorum oratione.

Cycl. 215 et 219 facete et commode dicuntur a satyris in Polyphemi aviditate edendi et bibendi.

Cycl. 221. *ὑπὸ τῶν σχημάτων* significat *ὑπὸ τῶν σακωνίδων καὶ ὀρχήσεων* cfr. Ar. Pac. 323.

Cycl. 235. *κατὰ τὸν ὀφθαλμὸν μέσον τὰ σπλάγγνα ἐξαμήσεσθαι*. nimis exaggerata est oratio.

Cycl. 241. *ἄληθες*; indignantis est et cum admiratione interrogantis: itane? Frequenter apud comicos invenitur; cfr. Ar. Nub. 841. Eq. 89. Ran. 840; apud Sophoclem bis legitur.

Cycl. 315. *κομφός* Schol. Arist. ad Av. v. 195, *περίλαλος*; frequenter usitatum est comicis cfr. Ar. Vesp. 1317, Nub. 649, Ran. 967.

Versus 325—327, quibus tota Polyphemi superbia depingitur, sic legendos esse puto:

*ἢ μύσχον ὀπτὸν ἢ τε θήρειον δάκος
δανύμενος, εὐπλειὸν τε γαστέρ' ὑπτίων
ἐπεκπιὸν γάλακτος ἀμφορέα πέπλον
κρούω, Διὸς βρονταῖσιν εἰς ἔριν κτυπῶν.*

Cycl. 362. *πορθμῖδος σκάφος* est venter cibo et vino refertus. cfr. Cycl. 505, *σκάφος ὀλκίας*.

Cycl. 439. *σίφωνα φίλον* obscene dictum est.

Cycl. 440 ita scribendum esse duco: *χρηρέομεν τόνδ', οὐκ ἔχοντα καταφυγήν*, quibus in verbis inest obscenitas.

Cycl. 442. *θήρ πανούργος* in Polyphemo dicitur.

Cycl. 475. *σφηκιὰν ἐκθύφομεν* cfr. Ar. Vesp. 229. Lys. 476.

Cycl. 502. *θύραν τίς ὄξει μοι*; cantici cuiusdam obsceni auditoribus probe noti initium esse videtur.

Versuum Cycl. 514—516, qui in codicibus mutilati exstant, ordinem sic restituendum esse puto:

*λύχνα δ' ὡς τέρενα νύμφα
χρόα δάτ' ἀμύνει σόν
δροσερῶν ἔσωθεν ἄντρον.*

Ambigua sunt illa verba, nam *τέρενα νύμφα* et *λύχνα δάτ' ἀμύνει* ardentem titionem significant, qui quasi tenera sponsa Polyphemum expectat. In titione utrumque et fax nuptialis et sponsa intellegitur, et, ut sit oratio obscura et ambigua, a satyris utrumque confunditur.

Quae vv. 520—590 de Polyphemo Silenoque comissantibus narrantur, ea sunt referta verborum et sententiarum leporibus atque iocorum scurrilitate, a quibus deliciis vel potius ineptiis tragoedia abhorret.

Cycl. 522. *ἐρογγάνω* et 561 *ἀπομούσσειν* ex usu vitae cotidianae deprompta sunt; cfr. Ar. Equit. 910.

Cycl. 558. *ἀπολεῖς* iocose est dictum: garriendo me perdes.

Cycl. 570. *ἰδοῦ* cfr. 153, 562 est oboedientis et quod iussum sit factum esse significantis neque minus tragicis quam comicis usitatum. cfr. Ar. Nub. 82, 255, 635. 825. Ran. 1378, 1390. Pac. 327, 762. Equit. 26, 121. Plut. 75. Eur. Orest. 221. Phoen. 106. Bacch. 934, 1265.

Cycl. 576. forma *μόγεις* iam inde ab Aristophane et Platone in omnium scriptorum usu dominatur, antiquior forma *μόλις* apud Aeschylum et Sophoclem invenitur, Euripidis codices ita fluctuant, ut plures miro quodam consensu antiquiorem scripturam tueantur.

Cycl. 581. *πειροῶσί με* obscene dictum est, pellicere ad stuprum. cfr. Ar. Plut. 1067.

Cycl. 588. *κάντρονφᾶς πεποκότα* salsissima est dissimulatio.

Cycl. 589. *πικρότατον οἶνον ὄψομα* videbo acerbissimum et perniciosissimum mihi esse vinum, quod iste bibit. cfr. Med. 403, Bacch. 708. vel proprie: vinum evomitum et acerbum videbo.

Cycl. 624. *θήρες* vocantur satyri capripedes.

Cycl. 626. *σακροδαμούσσειν* nictari et *χρίμπεσθαι* sereare ex sermone cotidiano petita sunt. cfr. Ar. Thesm. 381.

- Cycl. 654. *ἐν τῷ Καρὶ κινδυνεύομεν*, hoc erat Graecis hominibus in proverbio. Cares omnium primi mercede conducti militabant, unde Car apud antiquos idem fere valet quod mercennarius; hinc natum est proverbium, cum quis in aliena cute periculum facit vel animas viliores periculis pro se obicit. Facete igitur satyri: nos, quorum vita magni aestimanda est, extra periculum stabimus, et te, vile atque ignobile caput, morti pro nobis obiciemus.
- Cycl. 675. *σκόπιω* frequentissime apud Aristophanem ceterosque comicos invenitur; Nub. 296, 350, 540, 962, 1267. Ran. 417, 740, 745. Vesp. 1320. Plut. 557. Ach. 854. cfr. Cratin. 2, 224. Eub. 3, 217. Ant. 3, 79. Nicol. 4, 580. Cephisod. 2, 885. (Meineke.)

Deminutiva fingere noluisse tragoediam, quae omnino non admitteret, mirum non est; nam eis elationem atque altitudinem orationis ad ridiculum converti quis est quin intellegat? Quantopere vero vel Euripides in componendis tragoediis operam dederit, ut cum argumentorum diversitate sermo consentiret, ex eo perspicitur, quod in tot fabulis nullibi deminutivis indulsit, in uno dramate satyrico non modo usitatis locum dedit, Cycl. 185 *ἀνθρώπιον* cfr. Ar. Pac. 263, Cycl. 316 *ἀνθρωπίσκος* cfr. Ar. Pac. 751, sed etiam ipse duo invenit, Cycl. 217 *δεσποτίσκος*, 266 *Κυκλώπιον*.

Quodsi comoedia, ut par est, non minus quam sermo cotidianus deminutivis abundat creberrimis, hoc in genere drama satyricum propius ad comoediam quam ad tragoediam accedere comprobatur. Neque non intellegetur id ita se habere, si interiectiones quasdam, quae a tragoediae habitu alienae sunt, enumeravero.

Cycl. 49. *ψύττα* vel *σίττα* et *ψίττα* (Theoc. 4, 45) est excitantis, quod Hesychius explicat, *ἐπὶ τοῦ ταχέως ἀποδραμεῖν λέγεται*.

Cycl. 153. *βαβαί* et 156 *βαβαιάζ* vel *παπαί* et *παπαίξ* est exsultantis et comicis frequenter usitatum cfr. Ar. Ran. 63. Lys. 312, 924, 1078. Pac. 248. Vesp. 235. Av. 272. Aesch. 906, 1141.

Aliae interiectiones sunt et tragicae et comicae orationis, sed apud tragicos alia atque apud comicos significatione. Cycl. 51. *ὦή*, quo satyri pecora compellunt et adhortantur, apud tragicos est dolentis vel lamentantis, Aesch. Eum. 94. Eurip. Jon. 906. Hel. 435; adhortantis, Iph. Taur. 1204. Herc. f. 1166.

Cycl. 404 *λοῖ λοῦ* est gaudentis, cfr. Ar. Nub. 1, 1170; apud tragicos gementis, Soph. Oed. C. 220. Phil. 38. Oed. R. 1071.

Cycl. 503. *παπαί* vel *παπαπαί* cfr. 572 significat gaudium; in Soph. Phil. dolorem et luctum.

Cycl. 157. *ᾶ ᾶ ᾶ* sive *ᾶᾶ* exsultantis est, apud tragicos est plerumque exclamatio doloris Soph. Phil. 722, 729.

Eorum, quae dixi, ut summam faciamus, generis satyrici, quod quidem ex Euripidis Cyclope cognoscatur, elocutionem propius accedere ad tragoediam quam ad comoediam pro certissimo affirmandum est, omnem generis satyrici habitum eum esse, ut etiam ex vita cotidiana vocabula loquendique formulae petantur, quae aliena sint a tragoediis; itaque quod veteres censuerunt scriptores, drama satyricum medium inter tragoediam et comoediam intercedere satis nos comprobasse existimamus.

Ac ne illud quidem neglegendum est, quod mihi ego extremum proposueram, quid ex arte metrica ad id quod agitur demonstrandum redundet.

Omnes et Graecorum et Romanorum scriptores quam diligenter id studuerint, ut in scriptis forma modusque orationis atque verborum quaedam dignitas inesset, quo maior efficeretur concentus rerum, quas sibi tractandas sumerent et clarior orationis, qua res exprimerentur, existeret perspicuitas, quis est, qui infitietur? Quae cum ita se habeant, si quis accurate scriptorum antiquorum litteris vacare eorumque elegantiam quam diligentissime cognoscere animum induxerit, eum praecipue ad orationis formam indagandam eamque artem, qua composita sint scripta, investigandam studia conferre oportet. Quodsi, qui in pedestris orationis litteris colendis oratoriae artis haud sit imperitus necesse est, ad poëtarum carmina legenda qui aditurus est, ut ad artem metricam incumbat, iure postulatur. Ex qua fructum percipi uberrimum atque haud leve exiguumve iudicii faciendi subsidium suppeditari intellegemus, si Ri-

cardum Benteium, „virum illum divini ingenii,“ magnam industriam in arte metrica posuisse viamque monstrasse consideraverimus, qua Porsonius, Hermannus, Seidlerus, Boeckhius, Elmsleius nec non Rossbachius et Westphalius alii longius progredierentur. Ex quibus cum princeps Hermannus ordinem seriemque temporum in fabulis euripideis constituere incohavisset, ita de hoc argumento respondit, ut, quo quaeque recentior esset tragoedia, eo maiorem haberet numerum solutionum et in univsum iam inde ab olympiade 89 fierent poëtae tractandi metra neglegentiores. Quem secutus Zirndorferus in ea dissertatione, quam scripsit de chronologia fabularum euripidearum, (Marb. 1839) ex maiore minoreve solutionum numero, quo tempore illae tragoediae scriptae essent, definiendum esse censuit. Neque vero omnes ad eius sententiam perducti sunt. Quam rem ad unguem castigare non licet, quod, ubi maiorem multitudinem invenias pedum solutorum, ea non semper poëtae est tribuenda neglegentia, sed interdum summa arte et de industria est factum, ut plurimae solutiones admitterentur. Documento sunt Euripidis Bacchae, qua in fabula ut depingeretur bacchica exsultatio tumultusque, trimetros confecisse poëtam solutionibus abundantes iam dudum intellectum est.

Sed priusquam statuamus, quid colligendum sit ex solutionibus saepius rariusve in tragoediis admissis, respiciendum esse videtur poëtae consilium et quae cuique loco insit sententia. Nam magnum discrimen intercedere inter trium tragicorum fabulas, Aeschylum minus solutionum admisisse quam Sophoclem, cuius sermo esset in dialogis incitatus et fervidus; Euripidem vero, qui cum in omnibus affectibus mirus tum in eis, qui miseratione constarent, facile esset praecipuus (cfr. Quint. instit. orat. X, 1, 68), ut agitatoris etiam efficeret versus, multo saepius in univsum senarii pedes solvisse non est quod miremur. Sed trium tragicorum fabulae adeo non in ea re inter se consentiant, ut Euripides ipse in praeceptis metricis observandis minime sibi constet, cum sex fabulas, Hippolytum, Medeam, Heraclidas, Alcestim, Rhesum, Andromachen, quippe quae ante olymp. 89 factae sint, ad obrussam exegerit et omnibus fere vitiis, quae incuria fundere solet, purgaverit. Nuperrime eadem de re disputaverunt Engerus in Mus. Rhen. XI, 444 sqq., Rumpelius in Philol. tom. 24, 25, 28, Carolus Fridericus Müllerus in libro, quem scripsit de pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis Berol. 1866; qui cum maxima diligentia atque subtilitate proponeret, quas in componendis versibus leges secuti essent antiqui poëtae, ea disputatione effecit, verum vidisse Hermannum, iam inde ab olymp. 89 corrumpi coeptam esse gravitatem numerorum ac maiorem invasisse in tragoediam sensim neglegentiam, imprimis in admittendis solutionibus. Et primum quidem de iambo eiusque natura atque indole disseruit, deinde de trimetro explicavit, postremo, quot et quales solutiones admiserit in senariis Aeschylus, Sophocles, Euripides, quantum ex fabulis eorum cognoscere liceret, accuratissime exposuit, eamque secutus rationem, quas et in tribrachicis et in dactylicis et in anapaesticis reperisset solutiones, enumeravit. Versus ex meris iambis compositos rarissime esse a poëtis adhibitos satis constat; sed in primo, tertio, quinto senarii loco plerumque esse admissos spondeos, quos Graeci vocant *ἀλόγους*, quorum thesis non duas moras contineret sed unam et dimidiam. Atque cum paulo altiore voce recitetur prior pes cuiusque dipodiae, his locis tolerari posse solutiones, quae non tam idoneae quam ad versum variandum sint necessariae. Quas solutiones apud Aeschylum quarto decimo quoque versu singulas inveniri, apud Sophoclem sexto decimo, apud Euripidem fere quinto quoque versu. Hoc loco cum tragicorum rationem cum comicorum comparo, facere non possum, quia dicam Aristophanis inter novenos trimetros quaternos esse, in quibus longa syllaba non sit soluta. (cfr. Rumpel. in Philol. tom. XXVIII, 603 sqq.) Sed negandum est id agi, quanta sit crebritas solutionum apud tragicos et comicos, sed id quaeri, quas rationes in admittendis solutionibus utrique sint secuti, cum longae syllabae loco duas breves et iambi loco anapaestum ponerent.

Sed ne a proposito degrediar, non omnia, quae doctissimi illi viri diligentissime enucleare conati sunt, ipse proferam, sed ex eorum libris satis habeo excerptare, quibus demonstratur, qua coniunctione drama satyricum cum tragoedia contineatur. Quae res breviter iam a Schol. ad Hephaest. VI. 14, (Gaisf.) quodammodo adumbratur, cum quattuor senarii formas esse dicit: *χαρακτήρες εἰσι τέσσαρες, τραγικός, κομικός, σατυρικός καὶ οὕτω πρὸς ἴδιον λέγόμενος λαμβικός*, i. e. iambographorum; horum quidem esse senarios componere puris plerumque iambis, rarissimas admitti solutiones syllabae longae. Quas quidem in comicorum trimetris creberrimas inveniri, *ἴδιον τοῦ κομικοῦ χαρακτήρος*; peculiare vero esse tragicis *τὸ ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἐκ σπονδίων καὶ λάμβων συγκείσθαι, σπανίως δὲ καὶ ἓνα τρισύλλαβον ἐπιδέχασθαι*. Medium in hac re tenere inter tragicos et comicos trimetros fabularum satyricarum. Quae numerorum discrimina etsi parum perspicua sunt neque facilia ad intellegendum, tamen veri aliquid in eis inesse nescio quo pacto mihi subolet. Nam ad tragoediae gravitatem et maiestatem non esse aptos atque ac-

commodatas syllabarum solutiones, quippe quae leviolem et tenuiorem efficiant numerum, nemo non concedet; comoediam, quanta ut in reipublicae liberae licentia lasciviat insolentia, cum plenam esse protervitatis atque petulantiae tum in tractandis versibus legibus usam esse liberioribus. In quo genere quid Euripides in Cyclope sibi indulserit, ex eis, quae allaturus sum, iam cognoscetur.

Tibrachici numeri in prima versus sede uno eoque integro vocabulo conformati hi leguntur: in vv. 120, 192, 203, 211, 232, 301, 342, 434, 559.

Nomine proprio: in v. 103.

Vocabulum plus tres continens syllabas efficit versus initium: 126, 177, 410.

Vocabulo monosyllabo et disyllabo sunt compositi: in vv. 210, 265, 677.

In secunda sede versus 203 voce trisyllaba tibrachicus continetur: ἀνεχε, πάρεχε, τί τάδε, quibus verbis Polyphemi admiratio depingitur.

Thesis et arsis uno vocabulo plus tres syllabas continente efficitur: in vv. 13, 318, 589, 671, 686.

Nomina propria sunt in vv. 106, 443.

Thesis finit vocabulum, arsis prioribus efficitur syllabis eius, quod sequitur, in vv. 104, 136, 221, 259, 269, 344, 410 (Scalig. emend.) 436, 560, 691.

Nomen proprium est in v. 99.

Thesis vocabulo monosyllabo, arsis prioribus eius, quod sequitur, syllabis continetur in vv. 18, 249, 304, 307, 394.

Maior est negligentia in vv. 163 et 210, quorum prius tempus expressum est vocabulo non arte coniuncto cum eo, quod antecedit.

Versus 551 et 585 multum habent offensionis, quod priora tibrachici tempora, thesin dico prioremque arsis solutae syllabam, expressa sunt vocabulis monosyllabis, tertium incipit vocem, quae sequitur.

Tibrachys finitur monosyllabo et initio eius, quod sequitur in vv. 8, 215, 435.

Thesis efficitur vocabuli fine, arsis vocabulo disyllabo in vv. 1, 323.

Thesis expressa est vocabulo monosyllabo, arsis disyllabo in v. 425.

In tertia sede tibrachici sunt hi: vv. 26, 95, 124, 158, 197, 206, 295, 349, 421, 453, 481, 553, 691, 693. Caesura *πενθημιμερής* quae vocatur frequentissime a tragicis usitata, haudquaquam in hoc senarii loco invenustas aut inelegantes efficit solutiones.

Thesis terminat vocabulum, arsis est in disyllabo in vv. 28, 184, 210.

Aliae senarii formae sunt in his versibus: 126, 203, 252, 549.

In quarta seculo vv.: 112, 159, 190, 287, 433. — 96, 237, 239, 305, 330, 350, 394, 395, 438, 471, 681. — 139, 204, 415. — 585. — 219, 684, 694. — 212, 548. — 221. —

In quinta sede vv.: 173, 240, 348, 677.

Uno loco (597 τὸν πατέρα παθεῖν) invenitur tibrachys in quinta sede integro vocabulo expressus, cuius formae neque Aeschylus neque Sophocles ullum suppeditant exemplum.

Iam vero enumeratis atque in ordinem quendam redactis numeris tibrachicis liceat mihi paucis complecti et, quid ex illis colligendum sit, constituere. Ac primum quidem id spectandum esse videtur, quantus sit pro paucitate versusum in fabula Cyclope numerus solutionum; nam in 596 trimetris inveniuntur 103 tibrachici, ut singuli legantur in senis fere versibus. Hinc efficitur, ut drama satyricum non modo ad fabulas negligentius ab Euripide compositas proxime accedat, sed ne a comoedia quidem multum distet, quae abundat illis solutionibus. Tum vero in ea re id perpendendum esse puto, quo sit sermo incitator atque fervidior, et maiorem esse versus tractandi licentiam, neque eorum, qui irrisorum in Cyclope agant partes, Polyphemi, Sileni eiusque liberorum, eisdem quibus comoediam numeris astringi orationem, contra quibus seria agenda sint, ab eis teneri severiora tragoediae metra; nam ex centum tribus solutionibus septuaginta inveniuntur in Polyphemi, Sileni, satyrorum sermonibus, triginta tres in eis quos Ulixes profert versibus, quarum non paucae proficiscuntur ab animo eius commoto atque perturbato.

Neque alia est ratio dactylicorum, quae in Cyclope reperiuntur.

In trimetris enim spondei arsis cum solvitur locis imparibus, dactylus oritur, quem nunc solemus vocare *κύκλιον*, veteres dixerunt *χορεῖον ἄλογον λαμβοειδῆ*.

In prima sede trimetri eorum, quos irrisores proferunt, versusum quattuordecim dactyli sunt 1, 7, 9, 20, 182, 205, 270, 326, 537, 555, 560, 586, 645, 676; in ceteris versibus quinque 137, 162, 296, 354, 402.

In tertia sede quattuor et triginta dactyli in oratione Polyphemi, Sileni, satyrorum leguntur in vv. 6, 19, 31, 84, 88, 114, 156, 161, 164, 167, 175, 180, 185, 211, 227, 230, 235, 241, 275, 319, 329, 331, 343, 378, 439, 473, 529, 546, 557, 585, 587, 635, 673, 700. In oratione Ulixis viginti in vv. 99, 147, 178, 198, 277, 290, 386, 390, 401, 405, 434, 440, 592, 604, 625, 627, 631, 641, 695, 703.

Ex quo efficitur, ut non omnibus locis inveniatur dactylus, frequentissimus in tertia sede, multo minus frequens in prima, in quinta nullus, cum poëtae, ne in extremo versu numerus iambicus dissolveretur, cavisse videantur. In quinta senarii sede cur dactylum illi vitaverint, Hermannus accuratissime exposuit (praef. ad Eur. Hec. XXXXII et XXXXIII): „Nam cum plerique versus trimetri arsin quarti pedis solutam habentes vocabulo quadrisyllabo finiantur, prima syllaba quinti pedis, si is pes dactylus esset, in fine vocabuli futura esset. Atqui vocabulum longa syllaba finiens isto quidem in loco evitatur, cuius rei argumenta exposuimus ad Hec. 341. Quare quid mirum, si in tanta paucitate trimetrorum quintam arsin solutam habentium nullus reperitur, in quo dactylus istam sedem habeat? Cur autem hoc in loco pedes isti improbantur, non item in sede tertia? Nimirum properante ad finem numero solutio longae syllabae hoc magis in tragico versu displiceat necesse est, quo aegrius exhaustis iam pulmonibus in fine versuum celeritas et vis numeri augetur.“ Quam legem migravit comoedia eaque in re a tragoedia mirum quantum abhorret, quam ne in quinta quidem senarii sede dactylum respuisse Aristophanis versibus Equit. 946, Vesp. 163, 908 demonstratur. cfr. Rumpel Phil. XXVIII, 609.

Anapaestum, si trimetri vim atque naturam spectamus, omnino non inveni aequum est, quod spondei, qui in prima, tertia, quinta sede saepissime in iambi locum substitutus est, prior syllaba irrationalis est neque in duas breves solvi potest; itaque qua lege anapaesti admittendi sint, explicari non potest, sed haec poëtarum licentia est habenda. Constat vero iam dudum inter omnes nisi in primo senarii pede non admisisse anapaestum, in nominibus propriis ne istam quidem legem observasse poëtas tragicos, qui, ne nomina propria ex dialogorum versibus excluderentur, eos omnibus locis admittendi licentiam sibi sumpserunt. Quod quidem satyricarum fabularum scriptores ita servasse, ut tragicorum usum non agnoscerent, ex fabula Cyclope comprobari posse videbimus. Tribraichicorum et dactylicorum numerorum ponderibus igitur examinatis quoniam multum, utrius generis persona verba faceret, interesse intelleximus, tanta est vis anapaestorum, ut irrisorum orationem proxime ad comoediae levitatem atque libertatem accedere, in Ulixis quasi tragicæ personae versibus tragoediae austeritatem atque severitatem quodammodo servari facile appareat. Itaque in illorum sermone quod nusquam anapaestus non occurrat, quippe qui in comoedia omnibus senarii locis, excepto sexto, haud infrequens sit, non valde mireris.

In prima sede senarii anapaesti frequentissime leguntur; qua in re tres poëtae tragici mirum quantum consentiunt; in Cyclope hi sunt in vv.: 17, 35, 109, 123, 183, 194, 229, 230, 243, 272, 276, 287, 293, 300, 303, 306, 307, 383, 393, 444, 445, 455, 505, 558, 561, 569, 587, 590, 598, 630, 643, 671, 690. Nomina propria in vv.: 25, 91, 100, 277, 281, 436.

In altera sede: 260, 272, 334, 546, 562, 588, 647, 684.

In tertia sede: 234. In quarta sede: 154, 232, 558, 560, 566.

In quinta sede: 242, 274, 582, 637, 641. Nomina propria: 177, 273, 581, 582, 590.

Quodsi ea, quae reperimus, in brevi conspectu ponimus, omnes solutiones una excepta in irrisorum sermonibus inveniri intellegimus, — nam v. 590 nullus est momenti, quod ex nomine proprio constat anapaestus —; atque perspicuum est poëtas generis satyrici neque severa tragoediae norma contineri neque ad tantam negligentiam depravari, ut omnem comoediae licentiam sibi concessam esse putarent, sed Polyphemi, Sileni, satyrorum quasi comicarum personarum sermones eis, quibus Ulixis quasi tragicæ personae oratio coerceretur finibus, constringi non posse. Itaque unum anapaestum, qui in Ulixis oratione altera sede v. 260 legitur *ἐπεὶ κατελήφθη*, Hermannum non iniuria removisse opinor, qui, cum argumentaretur nihil offensionis in anapaesto futurum esse, „si haec alius quam Ulixes diceret,“ *ἐπεὶ οὐκ ἐλήφθη* scribendum esse censuit. Omnia argumenta satyrica utrum ad huius fabulae regulam directa sint, an, ut ait Hermannus, (elem. doctr. metr. pag. 125) in satyricis quoque fabulis aliquanto maiorem metri curam ante olymp. 89 quam post illud tempus adhibita sit, in medio relinquamus, quod ex una Cyclope paucisque fragmentis illa quaestio absolvi non potest.

Neque vero silentio praetereundum esse mihi videtur, quibus in versibus plus singulas solutiones in hac fabula poëta admiserit. Nam hoc in genere Aeschylum et Sophoclem longe superatos esse ab Euripide, in cuius fabulis binae vel ternae solutiones saepissime legantur, non est mirum, quippe quarum oratio ad comici trimetri levitatem magis magisque inclinet. Quod ita se habere, etiam eis, quas poëta in

Cyclope fabula easque plures in singulis versibus adhibuit, solutionibus comprobatur. Quarum solutionum multo maiorem partem in irrisorum partibus legi eis, quae supra dicta sunt, intellegitur.

Bini tribrachici leguntur in vv.: 126, 221, 394, 410, 553, 677, 691.

Terni in vv.: 203 et 210.

Bini dactyli in v. 211. Bini anapaesti in vv.: 272, 558, 590.

Anapaestus et tribrachys in vv.: 177, 232, 249, 287, 307, 436, 671, 684.

Anapaestus et dactylus in vv.: 230, 277, 546, 587.

Dactylus et tribrachys in vv.: 1, 99, 434.

Anapaestus, tribrachys, dactylus in v. 560.

Ut leviter correptionem atticam quae vocatur attingam, quaerendum esse mihi videtur, num Euripides in genere satyrico easdem quas in ceteris fabulis leges servaverit. Comicum rationem ad normam diligentissime dirigi metricis virorum doctorum quaestionibus demonstratur, quibus graves quae vocantur coniunctiones $\beta\lambda$, $\gamma\lambda$ plerumque, $\gamma\mu$, $\delta\mu$, $\gamma\nu$, $\delta\nu$ semper, leves nunquam fere efficere positionem evincitur. A quibus legibus ab omnibus ubique atticis servatis interdum discrepant tragici, ex quibus Euripides frequentissime syllabam in brevem vocalem desinentem producit, etiamsi insequentis vocabuli initium a duabus incipiatur consonis.

Neque vero in ipsius Euripidis fabulis tantum exstat discrimen, ut fructus uberrimi ex ea re ad id, quod quaeritur, redundet, ut satis sit rem breviter significavisse, quam Koppius in Mus. Rhen. tom. 41, 2. pag. 247 sqq. copiosius persecutus est.

Cum multo plura poteramus dicere de diverbiorum arte metrica tum nonnulla addere de melicis quae vocantur et qui ex eis fructus capi possent, debebamus perpendere, nisi et haec disputatiuncula in exiguum sane gyrum spatii atque temporis compelleretur et ipse ad totam rem explicandam et enodandam adiuventis litterarum non satis instructum me esse intellegerem. Nam et tragicorum et comicorum carmina pervestigari atque pertractari oportebat. Quem locum nimis coartari atque in angustum concludi aut strictim et quasi per transennam praeteriri non posse existimamus, quoniam in omnibus rerum momentis examinandis, ne ea qua decet accuratatione atque diligentia uti possimus, veremur. Quamquam ad id, quod quaeritur, demonstrandum num eundem, quem diverbiis perlustratis exitum habuerit haec disputatio, magis etiam dubitandum esse puto, quod carmina, quae in Cyclope inveniuntur, pauca eaque mutila neque integra posteritati sunt propagata. Aliquid tamen utilitatis ex hac fabula in usum nostrum converti posse vel inde patet, quod a veteribus quoque tres saltationes, quae essent tribus dramatis generibus propriae, memoratas esse non ignoramus, ex quibus *ἐμμέλεια* tragoediae, comoediae *κόρδαξ*, *σίκινας* fabulae satyricae tribuitur. Et *ἐμμέλεια* quidem habet temperantiam quandam atque moderationem neque in maxima animorum permotione a gravitate atque dignitate abhorret, *κόρδαξ* quae vocatur saltatio commendatur illa quidem mira mobilitate, sed immundis contumeliosisque dictis aut petulantibus obscenisque gestibus et motibus praeter modum lascivit; *σίκινας* saltantes, ut ait Athenaeus, (XIV. p. 630 C.) *κατέσχωπτόν τε καὶ κατεμιμοῦντο τὰς σπουδαίας κινήσεις ἐπὶ τὰ γελοιώτερα μεταφέροντες*.

Quibus verbis non obscure significari puto, quale sit drama satyricum et quantum distet ab duobus aliis dramatum generibus.



